

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Hermannus Lembke ... Ad
Exequias Quas ... Catharinae Schmides/ Maritus moestissimus, Vir ... Cunradus
Schuckman/ I.U.D. & Vicarius ... parabit; Omnes omnium Ordinum Cives
Academicos ... invitat : [P.P. Rostochi[i] sub Sigillo Academiae, Die 6. Iunii Anno
1655.]**

Rostochii: Kilius, [1655]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/pnn777425610>

Druck Freier  Zugang



L e m b k e , H . ,

i n

C a t h . S c h m i d ,

u x o r . C . S c h u c k m a n .

R o s t . (1 6 5 5 .)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425610/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425610/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425610/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425610/phys_0003)

DFG



189.

PROGRAMMA
qvo
RECTOR
Universitatis Rostochiensis
HERMANNUS Lembke/
J. U. D. & Cod. Prof.

Ad Exequias

Qvæ

Uxori desideratissima, beatissima,

CATHARINÆ Schmides/
Maritus mœstissimus,
Vir Amplissimus, Consultissimus,
DN. GUNRADUS Schuckman/
J. U. D. & Vicarius Facultatis Juridi-

cæ Professor,

Hodiè horâ 1. pomerid. in Templo Jacobeo
parabit;

Omnès omnium Ordinum Cives Academicos
sedulò & amanter invitat.

•S(0)S•



ROSTOCHII,
Typis Heredum NICOLAI KILI, Acad. Typ.



um omnia DEI opera magna profecto
sunt, summâq; admiratione dignissima ;
rûm haud scio, an post redemptionem &
sanctificationem nostri, ullum sit admira-
bilius & majus Conjugio, qvod in legitimâ
& indissolubili unius maris, & unius fœminæ conjuncti-
one ipse ordinavit & sancivit, ad conservationem & pro-
pagationem generis humani adhuc integri, & ad devi-
vitandas libidinum confusiones, ejusdem in peccatum
prolapsi : ut indè, castam JEHOVA mentem esse, agno-
scamus, eidemq; in castitate serviamus : qvin & onera
domesticæ gubernationis tantò commodius exante-
mus. Hujus boni amplitudinem spectandam nobis pro-
ponit Scriptorum omnium, qvotqvot unquam suere,
antiqvissimus, idemq; θεοφλέστρο. M O S E S; & non suo
qvidem, sed ipsius DEI ore, cuius consilium & decre-
tum refert, priusquam ex costâ Viri conditæ mulieris hi-
storiæ describat; tandemq; conjugii institutionem
huic ipsi subnectit. Postquam enim commemorarat, in
omni genere animantium, sive in terris ambulantum,
sive in ære volitantum, paria fuisse ; soli Viro compa-
rem defuisse, huncq; defectum ad conservandam spe-
ciem noxiū summoperè visum fuisse DOMINO; sta-
tuisse eundem, addit, dare ei auxilium, & qvidem tale,
qvod foret tanquam Coram ipso : qvâ phrasî, Spiritui S.
peculiari, præter substantia similitudinem, denotare
voluit individuam vitæ societatem & cohabitationem
amabilem, hujusq; ducem & perpetuos comites. Dux
imò parens est amor & benivolentia mutua, qvæ facit,

112

ut uxor mariti conspectum amet & exoptet, & maritus
uxoris vicissim: Comites sunt fides sincera, ut conju-
ges sint iidem absentes, qui praesentes, & voluptas utriq;
ex conspectu amabili & fide sincerâ emergens, unâ cum
utilitatibus & commodis innumeris, quæ alter alterius
ope capiat tam in bonis, corporalibus æqvè, ac spiritua-
libus, procurandis, quam malis averruncandis. Cæte-
rū, quod jam svavior est tanti boni, h.e. conjugialis amo-
ris fructio; eo acerbiorē rupturā ejusdem esse, dubitare
nulli possumus. Adeòq; quanto nunc in luctu atq; mo-
rore versetur Vir Clarissimus ac Consultissimus Dn. CUN-
RADUS Schuckman/J. U. D. ejusdemq; Vicarius Prof.
Affinis & Amicus noster honorandus; dum svavissimā
sibi suam ac dilectissimā Conjugem, CATHARINAM
SCHMIDIAM, præproperā ac inopinā morte adem-
ptam cernit, facile profecto intelligere est. Prima sece,
quantum meminimus, Puerpera offert, quæ hunc officiū
nostrī laborem exigat; quem profecto illubentius huc-
usq; aut tristius funeri impendimus nulli, quam isti. Na-
ta est h̄ic ROSTOCHI Anno 1633. die 21. Augusti, mediā cir-
citer noctem; ac 25. ejusd. mensis per sacratissimum Ba-
ptismi lavacrum regenita, CHRISTOq; & Ecclesiaz ejus
insita. Patrem habuit Virum optimum atq; integerrimum
Dn. NICOLAUM Schmidt/ Civem ac Mercatorem
apud nos primarium; quin & Sedecimvirum ac Aedis
Marianæ præfectum; pius ac munificum hominem;
ante hos jam 8. annos denatum. Matrem, honestissimam
ac castissimam Matronam, ANNAM Westphals. Avus
Paternus fuit BALTHASAR Schmidt/ Civis nostras

A 2

præ-

præstantissimus, Anno 1593. defunctus, Avia Paterna,
MARGARETHA Engelcken. Avus Maternus extitit
Vir Reverendus & Clarissimus Dn. M. JOACHIMUS
Westphal/ Aedis Jacobæ Pastor qvondam, ac vene-
randi Ministerii hujus Superintendens præclare meri-
tus; qvi Anno 1624. mortalitatem suam depositus. A-
via Materna, MAGDALENA Krawels. Qvum jam
renata per Baptismum, uti diximus, esset CATHARI-
NA nostra, deinceps unà cum Sororibus WENDULA,
Dn. JOHANNIS Dandwerts/ Uxore; ac Virginum flo-
re, ANNA; uti & unico Fratre NICOLAO (Stockholmie
in Sveciâ nunc degente) à Parentibus in timore Domi-
ni, vitæq; sanctimoniam educata; ipsaq; viciissim istos, uti
& per Dei gratiam, etiamnū superstitem, lectissimam ac
sexus sui virtutibus ornatissimam fœminam, ANNAM
Harmes/ qvæ profectò non tam vitrica, qvam germana
potius ei in omnibus mater extitit, debito amore atq;
obseqvio prosecuta est. Virginem conditione statuq; non
in publicum identidem, ut puellarum qvarundam mos
est, procurrit, sed, nisi, cum suis, sacris interesset con-
cionibus, domi semper visa est, ac laborando, pietate
temq; precibus, cantibus, verbi divini meditationibus,
atq; lectionibus exercendo, tempus horasq; suas in-
sumpsit. Nubilis facta, singulari DEI providentiâ An-
no superiori 1654. II. April. qvem jam ante nominavi-
mus, Dn. D. CUNRADO SCHUCKMANNO juncta
est. Durante conjugio, prægnans, divinâ præunte be-
nictione, facta, ipso non ita pridem præterito Ascen-
sionis Domjnicæ festo, h. e. 24. Maij circam vesperam,
qvum

-513

quā matutinam ejusdem diei concessionem ingenti ante, ut semper solebat, desiderio, maximāq; animi attentione audiisset, Favissimum filiolum enixa est, cui mox in sequenti Dominicā *Exaudi* sacer Baptismus collatus, nomenq; HINRICI inditum est. DEUS eum sospitet, suoq; ipsius honori, mōstissimi Patris, Aviq;, ut & cæterorum cognatorū solamini atq; gaudio superstitem diu velit. Cæterū quāvis jam proles feliciter edita, viresq;
Puerpera sic satis bellē habere viderentur, nihilominus tamen Lunā die post dictam *Exaudi* Dominic, horis per merid. intensissimo eoq; ardenterissimo morbo divinitus correpta est, cui nō levi post partum certamini seriā pénitentiā, & præclarā fidei suæ confessione, unā cū studiosissimis precibus sese præparavit, interq; cæteras, has prolocuta voce est: *Misereberis mei, O Deus;* peccatorū meorum obliuisceris; iniquitates omnes meas in profundum maris abiicies. Deindeq; porrò selectissimis quibusq; ac variis Sacrae Scripturæ sententiis se met ipsam erexit atq; consolata est. Hoc tām arduo ac difficiili tentamine superato, factū est, ut secutis Martis Mercuriiq; diebus haud obscurè rectioris valetudinis qvid recuperatura videtur. Sed die Jovis serpere ruris malum, ac Pentecosten proximè præcedentibus Veneris ac Sabbathi diebus, usq; adeò augeri cæpit, ut quanta cunq; Medicorum conamina nil contrā valuerint. Sed hīc mirum ac protus divinum qvid accidit. Scilicet, quantumvis cum perpetuo morbo luctaretur, & capite vehementissimè laboret, identidem tamen respirare visa est; Marito, consanguineis, cæterisq; præsentibus, partim ipsa sonorā

voce canere ac precari orsa, partim, quas aliis forte
cantiunculas præirent, repetiit, ac expressissimo A-
MEN clausit. Inter cetera Orationem Dominicam;
Ps. 139. Domine exploras me &c. maxima mentis com-
motione non incepit tantum, sed & finiit. Item verba
illa: Sive vivimus, sive morimur, Domini sumus: uti &;
JESU, Fili David, miscrere mei; tam primis, quam
etiam ultimis velitationibus, plus vice simplici, iteravit:
Quemadmodum etiam ultimas voculas Ps. 42. Cur
tristaris anima mea; &c. præuntem Confessionarium
suum, Virum Reverendum & Excellentiss. Dn. JOAN-
NEM QUISTORPIUM, S.S Th. D. ac Profeſſ. Col-
legam & amicum nostrum conjunctissimum; voce a-
nimоq; subsecuta est; in primis vero illud: gratiam ei
habitura sum; Ich werde Ihm noch dancken: cum singu-
lari emphasi expressit. Ut ceteras divini Codicis sen-
tentias ac precatiunculas, quæ memoriam teneri omnes
nequivere, silentio involvamus. Brevi autem beatum
obitum preciosissimum JESU nomen aliquoties cla-
rissimam voce inclamavit. Moxq; ac instante ipso jam vi-
tæ termino, Marito dilectissimo valedicente ac præun-
te ipsi: Herr Jesu Christ wahr Mensch und Gott: e.
singulari motu corporis, manuumq; extensione, quan-
to in illa omnia desiderio ac assensu ferretur, contestata
est. Unde pellucet, quanta Sacratissimi Spiritus vir-
tus atq; efficacia in Puerpera, vel mediæ morte, &, si
externa species, horrenda aclamentabili lucta, extice-
rit. Ut profectò Deus singulare pietatis exemplum
in hac JESU CHRISTI pugnatrice, non circumstan-
tibus

tibus saltim, sed & nobis omnibus proposuerit. Enim
verò quandoquidem totâ vitâ, in primis verò, brevi
quidem, sed ab utrâq; parte fidissimo tamen ac amicis-
simo conjugio, veram sese Christianam, DEiq; ac ver-
biejus studiosissimam præstaret; erudiri se ex hoc ipso
verbo divino maximo mentis prolubio pateretur;
quem animâ ipsâ suâ DEI amorem fundaverat, lacrymis
ostenderet; meditationi ac considerationi Sacrae Scri-
pturæ, insimulq; sanctissimis precibus manè ac vespere
gnaviter devoteq; vacaret; Maritum (qui in pietatis
ac virtutum exercitio nunquam illi secundus) eo, quo
par erat, amore complecteretur; venerandum Socie-
rum, DN. HINRICUM SCHUCKMANNUM,
J. U. D. Cod. Prof. celeberr. Virum de Academia no-
stra præclare meritum; quum nil, nisi paternum ani-
mum amoremq; in eo sentiret, vicissim', ceu mori-
geram nurum decebat, veneraretur; erga cognati-
cos, & quoscunq; alios singulati humanitate ac
reverentiâ uteretur; & prætercâ etiam fidem suam
charitate ubiq; demonstraret: quandoquidem, in-
quam, his studiis totam sese Beatissima addiceret, fieri
certè non poterat, quin mercedem pro labore ferret,
graviq; ac grandi martyrio, DEO itavolente, corona-
ta, ad omnimodam perennemq; felicitatem elevaretur.
Itaq; per continuos sex dies vocationis suæ laboribus
defatigata, ipsâq; Pentecostal nocte placidè in Domi-
no, quum annorum esset 22. obdormiens, gloriam tan-
dem istam, quæ competebat, reapse consecuta est;

post-

postquam in ipsa Paschatis solennitate, quum partus
tempora imminere sentisceret, Corporis & Sangvinis
Dominici sanctissimis Epulis scse, cu suis, refecisset. DE-
US, quoscunq; eximiæ atq; elegantissimæ fæmellæ obi-
tus dolore ac tristitia afficeret, Solatore Spiritu Sancto so-
letur; Viduum cum primis mœstissimum ac afflittissi-
mum; cui eò hæc, quam in optatissimâ conjugi in-
speratissimam jacturam fecit, acerbior procul dubio
existeret, quò vehementior solidiorq; inter utrumq; a-
mor fuit.

Quia autem corporis exuviae hodie ad ho-
ram I. nostræ omnium matræ, terræ, mandabuntur,
adesse, quæso, Cives Academicæ, ad id tempus in tem-
plo Jacob. funusq; comitamini. Magni id beneficii
loco numerabunt Dn. Viduus, Sacerdos, Agnati; quos
non leviforcè doloris parte levabit, si frequentes ad
exequias comparueritis. Uti ergo eorum, qui ordinis
sunt nostri, nemo præstare renuat officium, studiosè ac
peramanter contendô. P.P. Rostochi sub Sigillo

Academie, Die 6. Junii Anno

1655.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425610/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425610/phys_0013)

DFG






Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777425610/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777425610/phys_0016)



tibus saltim, sed & nobis omnibus
 verò quandoquidem totâ vitâ, i.
 quidem, sed ab utrâq; parte fidissim
 simo conjugio, veram sese Christian
 bie jus studiofissimam præstaret; e
 verbo divino maximo mentis p
 quem animâ ipsâ suâ DEI amorem f
 ostenderet; meditationi ac consid
 pturæ, insimulq; sanctissimis preci
 gnaviter devoteq; vacaret; Mariu
 • ac virtutum exercitio nunquam illi
 par erat, amore completeretur;
 rum, DN. H IN R I C U M S C H U
 J. U. D. Cod. Prot. celeberr. Virum
 Ita präclare meritum; quum nil, i.
 mum amoremq; in eo sentiret, v
 geram nurum decebat, venerati
 tos, & quoscunq; alios singula
 reverentiâ uteretur; & præterea
 charitate ubiq; demonstraret: q
 quam, his studiis totam sese Beatis
 certè non poterat, quin mercedem
 graviq; ac grandi martyrio, DEO i
 ta, ad omnimodam perennemq; felici
 Itaq; per continuos sex dies vocata
 defatigata, ipsâq; Pentecostali nocti
 no, quum annorum esset 22. obdorn
 dem istam, qua competebat, re



the scale towards document

rit. Enim
 erò, brevi
 ac amicis-
 q; ac ver-
 x hoc ipso
 pateretur;
 lacrymis
 acræ Scri-
 c vesperi
 in pietatis
) eo, quo
 um Soce-
 N N U M,
 lemia no-
 um ani-
 eu mori-
 ga cognac-
 hitate ac
 em suam-
 dem, in-
 teret, fieri
 ore ferret,
 , corona-
 evaretur.
 aboribus
 n Domi-
 riā tan-
 cuta est
 post-